Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36553
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



77

ta trahebit luxuria. Iam tandē peccare quiesce; Iam tandem desine
abscelere. aliquando mores malos commuta in melius; Noli diu errare
miser. pone peccatis finē. pone legem nequitię; Habeat culpa modū.
habeat iniquitas terminum; Delictorum tuorum considera magni-
tudinē. culpas tuas saltim uel uerberatus agnoscito; HOMO
Heu me heu infelicē me. heu miserum me; nesciebam qd̄ pro mea ini-
quitate percutior. ignorabam qd̄ pro merito iudicor. qd̄ istud
iudicium. de mea sit iniustitia; Tu mihi manifestasti. tu mihi indicasti.
tu mihi notum fecisti; Per te cognoui quod nesciebam. Iam procerto
scio. iam me non latę. Manifestum mihi est. satis mihi est cognitū.
perpensum est mihi satis. occultum iam mihi non est. Iam exploratū
mihi. iam non est mihi ambiguum. iam non est mihi absconditum;
RATIO Inde est homo. inde omnis ista calamitas. inde est ista acerbi-
tas. inde est ista crux; Inde est ista pęna. inde ista erumna. Ex te na-
tę sunt causę peccatorum. non aliquo casu. non ex quolibet euentu.
non ex quolibę fortuitu. Iste languor proprius est. ista egritudo
proprię iniquitatis est; An aliud tibi uidetur. an aliter putas
an aliter contueris. an aliter existimas. an aliter sentis. an aliud
iudicas. an aliud deputas. HOMO Nihil sanę. nihil prorsus.
nihil penitus. nihil omnino habeo qd̄ contradicam; Cedo ueritati. negare
non possum. fateor esse uerum. Quis hoc dubitet. Quis istud ambiget.
Quis istud negat. RATIO Si ista est. si certum habes. si perpensum
est. si exploratum est. aufer ate iam uitium. crimen iam remoue ate;
Auaritatis te malo coherce. auitio ę peccato te retrahe. fuge iam uitę
maculam. fuge iam uitii cultum. fuge turpitudinē uitę. purgare uitę
maculas ueteres ablue; HOMO Bene dicis. bene doces. bene instruis.
bene admones. bene pęsuades. bene instituis. Et ego optabam a pec-
cati nexu resolui. cupiebam a consuetudine mala retrahi. Desiderabam
auitio recedere. querebam usum nequissimum superare. sed heu diffi
cile est peccati consuetudinē uincere. prauus usus uix aboletur; Adsidua
consuetudo. in naturam conuertitur. adsiduo usu in naturatur
uitium. animus scelerib; adstrictus de uelli abris uix potest. Tanta
sunt mea uitia. ut uix eleui possint. uix credo peccata mea ullo spatio